



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Commemoratio S. Mariæ de Victoria 7. Octobris; & festum Rosarii  
Dominica prima Octobris, ibidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Tract. de miraculis.

runt, atque admirabilem ejus opem, quemadmodum in Tractatu de Miraculis allatis historiis ostendimus, experti sapissime fuerint. Verum reliquis omissis, id tantum afferam in præsentia, quod de ejusmodi imagine scribit Vincentius Beluacensis, qui ante 400. circiter annos floruit, in Speculo historiali libro 23. capite 147. ubi, cum ageret de Saracenis tempore Leonis II. Imperatoris, magna cum eorum cæde profligatis: Apud Constantinopolim, inquit in Monasterio sanctæ Dei Genitricis juxta palatium in mari prope sanctam Sophiam, erat Imago beatae Mariæ, quæ tenebat infantem in brachio, quam depinxit in tabula sanctus Lucas, cum adhuc viveret sancta Maria: hæc imago vocatur Odigitria, id est deductrix, quia duobus cæcis apparuit sancta Maria, & deduxit eos ad suam Ecclesiam, & illuminavit eos, cum ista imagine faciunt processionem omni die

Duobus cæcis B. V. apparuit, illisq; illuminavit.

Per imaginem Deiparæ Saraceni debellati.

Imaginis Deiparæ à Constantiноп. exemplar præclarissimū.

beria.

ber.

S. Mariæ Angelorū solemnitas per S. Franciscum de Assisio promulgata.

MARTIS per totam Civitatem. Hæc ille, additque cum ejusmodi Imago per Urbem circumfertetur, Saracenos male perisse, eandem historiam ex Vincentio refert S. Antoninus tom. 2. hist. ut. 14. c. 2. § 3.

Hujus Imaginis exemplum una cum peculiaritate in eam pietate in Occidentis partes est propagatum; quare & Tempia, & Sacella ei dicata passim conspiciuntur: nec Deiparæ benignitas mortalibus defuit; plurima enim beneficia ad se confugientibus præstat; quod tabellæ in ejusmodi Templis, vel Sacellis appensæ satis testantur: quo etiam factum est, ut complures feria tertia cujuscumq; hebdomadæ propter institutionem Pulcheriæ, teste Nicephoro loco citato, & propter ea, quæ attulimus ex Vincentio Beluacensi in honorem Deiparæ Constantinopoli peracta, ejus Templum religionis, ergo adeant, & iis tantum cibis vescantur, quibus in Quadragesima uti licet.

**S. MARIA ANGELORVM, SEV de Portiuncula die secunda Augusti.**

**I**N religiosissimo Minorum Ordine sanctæ Mariæ Angelorum, seu de Portiuncula die 2. Augusti festum soleone celebratur, propter amplissimam indulgentiam, quam S. Franciscus à Christo Domino Deiparæ deprecante, cum suis peccata sua rite confessis, Templumque S. Mariæ Angelorum Assisi

ea die inviventibus impetravit; quod in libro Conformitatum S. Francisci conform. 2. & in Chronicis Minorum part. 1. l. 2. cap. 1. fusius describitur.

**S. MARIA A CARMELO 16. die Julii.**

S. Maria à Carmelo.

**C**elebris est solemnitas B. Virginis à Carmelo, quæ die 16. Julii ingenti fidelium pietate celebratur; in ejuſq; honorem feriam quartam cujuscumq; hebdomadæ peculiariter dicatam colunt complures, eaque die à carnibus sponte abinent.

**COMMEMORATIO S. MARIÆ de Victoria die 7. Octobris, & Festum Rosarii Dominica 1. Octobris,**

Commem. S. Mariæ de Victoria à Pio V. instituta.

**S.** Mariæ de Victoria commemorationem Pius V. Pontifex Maximus ob insignem de Turcis anno 1571. Deiparæ auxilio ad Echindaspartam victoriam quotannis fieri instituit die septimo Octobris, ut videre est in Martyrologio Romano ad eundem diem. Verum quia eo anno septima dies Octobris in primam ejusdem mensis Dominicam incidit, quo tempore sollemnis Sodalitatis Rosarii supplicatio fiebat Gregorius XIII. Pont. Max. Pij V. successor, hanc solemnitatem sub nomenclatione Rosarii Dominica 1. Octobr. in Ecclesia, ubi altare vel capella Rosarii fuerit, tanquam festum solemne sub duplici majori officio decadem Virgine Deiparæ celebrari iussit, quemadmodum c. 10. diximus.

**FESTVM DOLORVM DEIPARÆ.**

Dolorum B. Virginis solemnitas Luc. 1. Breviariū Roman.

**F**estum dolorum Deiparæ, quos cum puerum Jesum siseret in Templo, Simeon ei vaticinatus est à Cisterciensibus, quemadmodum ex eorum Breviario colligitur die 16. Aprilis, ab aliis vero plurimis in locis, præsertim in Atrebatensi diocesi feria sexta ante Dominicam Palmarum solemniter celebratur. In ejusmodi Virginis Dolorum memoriam apud Trajectensem diocesem in D. Ægidii, ubi Canonicorum Collegium erat, Societas quædam erecta est; quo in loco cõplura signa, ægrotis reddita valetudine, mortuis ad vitam revocatis, divinitus sunt exhibitæ; quæ admodum

